

administrat: primam rerum mutationem ab hoc initio originem habuisse
 ferunt. Clodoueus francorum rex Alarico Gotthorum regi eo nomine bel
 lum indixit. Qui Arrhianam heresim foueret. Sibi uero infidelē bello re
 gem persequendum aequum censeret. Votis itaq; ingentibus rite factis si
 uictoria poteretur. Coactis undecūq; potuit copiis i Hispanias aduersus
 Alaricum duxit. Alaricus contra haud segnius ab Vrdegalla Vasconie ur
 be mouens: cum prepotenti occurrit exercitu. Collatis utrinq; signis apud
 pītauos congressi franci hispaniq;: post longum ancesq; certamen Alari
 cus fusus & imperfectus. Elatus uictoria Clodoueus quotquot Arrhianæ
 sectæ urbes reperit: cepit oēs atq; diripuit. Almaricus Alarici filius Theo
 dorici gener adolescēs cum quibus potuit paterni exercitus reliquiis intra
 pireneos saltus se recepit. Hanc societati uictoriā: Theodoricus cum acce
 pisset: egerrime tulit: tum ob alarici affinitatē: tum quia nisi euestigio opē
 ferret perditum iri uidebat arrhianum nomē: cui mirum immodum affice
 retur. Hæc dum in Galliis atq; Italia geruntur addidit aliud fortuna faci
 nus haud minus efficax ad oīa magis magisq; perturbāda. Nā Anastasi
 us Zenonis filius cum imperium apud Cōstātinopolim morte patris acce
 pisset: Famaq; tātarum ad se rerum a Clodoueo gestarum in orientē esset
 perlata: Statuit per oratores Clodoueo gratulari. Munera insuper addi
 dit Tunicam blāteam: Qua soli uterentur Imperatores: multis præterea
 aliis insignibus. Patricium & consulem & Augustum appellauit. Eum ho
 norem franci suscepere maxima cum pompa: famaq; & litteris per orbem
 dimissis auxerūt. Quæ cum oīa Theodoricus audiret: Et in Ostrogotthæ
 gentis cōtumeliam facta arbitraretur: Decreuit ipse genero Almarico qua
 cunq; posset ratione suppetias ferre: præserti cum intelligeret Clodoueum
 in eius perniciem incumbere. Copias coegit ad numerum armatorum. xl.
 milium: præcipue Gepidarum quos apud se lectissimos habebat. Ilbam
 comitē illis præfecit. Ducēti in Vasconia Ilbe: ut se Almarici copiis adiū
 geret: Clodouei exercitus Aquitaniæ puincæ præsidio relictus occurrere
 instituit cum armatorum. xxx. milibus: Ancipiū aliqdū marte pugnatū:
 prælium atrox cōmissum est. Franci tandem pfliati & magna ex parte cesi.
 Theodoricus fuit arrhianæ sectæ quoad uixit: Illā sustentauit & uiribus
 & auctoritate. At ea gotthicæ gentis labē excidium i Italia multorū malo
 rū initiū cepit. Iustinus nanq; senior Anastasii filius: sūma religiōe prin
 ceps: Cum delere oēm in orbe heresim instituisset præcipue arrhianā edi
 ctū pñunciat: ut electis ex omni imperio Episcopis arrhiāis: eorū ecclesiæ
 Catholicorū administratioi cōmittatur. Cōcitus hoc edicto uehementi ira
 Theodoricus: Decernit cōtinuo legatos ad Iustinū: Ioānē Pōtificē Roma
 nū: Agapitūq; & patriciū consules ambos: Hos ideo libentius quia sūma
 tum pollebant auctoritate. Iam enim inceperat Tyrannū potius q regem